



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Scintillæ Ignatianæ, Sive Sancti Ignatii De Loyola, Societatis Jesu Fundatoris Apophthegmata Sacra**

**Hevenesi, Gábor**

**Coloniæ, 1715**

**VD18 10988289**

4. Januarij. Non mutat mores cœli mutatio: nisi se imperfectus deserat, vix erat alibi, quàm isthic melior. S. Ignat. apud Bart. l. 4. §. 36.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50423](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50423)

4. Januarij.

*Non mutat mores cœli mutatio ; nisi se imo perfectus deserat, vix erat alibi, quàm isthic melior.* S. Ignat. apud Bart. l. 4. §. 36.

**N**Ullum vidi, qui melior ex peregrinatione redierit. Multùm illa curiositatis, parùm habet utilitatis.

Qui malè agit, nullam agit bonam fugam ; ubi tutum se crediderit, erit in se, quod timeat.

Corporis morbos perquam rarò, animi nunquam, emendat clima. Intra te si malum est, hoc fuge, vel in exilium mitte ; tuum, & non loci, vitium est, quod fatigat, Non hujus sed tui, mutatione curari debet.

Illud appetendum esset iter, quò vel dæmon sequi, vel passio tua venire non posset ; quod frustra alibi quæres, nisi à vitio ad virtutem iveris. Hæc una est malo tuo medicina.

Locus nullum fecit sanctum. Non Jerosolymis fuisse, verùm Jerosolymis bene vixisse, laudabile est. Certum instabilis, luïque victoriam fugientis animi signum est ; de loco ad locum petere mutationem.

s. Ja-